Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

330.

Aperitur mihi misericordia tua magna domine tua illustratur quoque magna aperiantur nam eximinimis hijs tua magna et ex visibilibus hijs tua invisibilia comprehendimus domine deus sancte et bone creator noster si enim in domine pro hoc corpore ignobili et corruptibili tam magna et innumera beneficia prestas a celo a terra a mari a aere luce et tenebris calore et umbra rore et ymbre ventis et pluviis volucribus et pistibus bestijs et arboribus et multiplicitate herbarum et germinum terre et fructuum creaturarum tuarum mistro nobis successive per sua tempora ministrantium ut alleluia fasti diu qualia quoque et quam magna et innumerabilia erunt illa bona que preparasti diligentibus te in illa celi patria ubi te videbunt facie ad faciem si tam nobis facis in carcere quod agis in palacio magna et mirabilia sunt opera tua domine rex seculorum cum sint omnia hec valde bona et desiderabilia que bonis pariter malis que tradidisti communia qualia futura sunt illa que solis bonis recondisti si tam innumera et iocunda tua donia que nunc amicis pariter et inimicis tribuis quam magna et innumerabilia quam dulcia et delectabilia que solis tuis largiturus es amicis si tanta solacia in hac die miseria